

tam, per quam cum assistentia unius Societatis seu Universitatis per deputatos predictos jam stabilita, illuc introducat opificium diversis generis telarum, quae a regionibus exteris importantur, sicque pecunia, quae ex ditione Bononiensi ad ejusmodi telas comparandas extrahi consueverant, in ea deinceps remaneant, ac inter artifices dividantur; Et insuper Cannabis, qua ditio praefata abundat, facilius venum eat: nunc vero iidem Deputati hujus Artis institutionem Nobis probatam fuisse intelligentes, animum intendant diversis adhibendis remediis adversus multiplices abusus, quos in aliis Artibus dictae Civitatis irrepressibile compererunt, quibus e medio sublatis, futurum sperant, ut illa quoque aliquando restituatur, ac in publicum bonum & commodum denuo florescant; sed vereantur, ne pro parte Artes praefatas in dicta Civitate, ejusque Comitatu exercentium, aut alias interesse in iis habentium, executio resolutionum, quae ad id capiendae venient, impediatur aut retardetur per inhibitiones, quas sub obtentu privilegiorum sibi a Sede Apostolica concessorum, suorumve statutorum, auctoritate Apostolica confirmatorum, usum, ac consuetudinem, liti pendente, aut alio titulo a Judicibus & Tribunalibus etiam Urbis, vel per recursum ad Nos & Romanum Pontificem pro tempore existentem procurare & impetrare possent, ac propterea tam Deputati quam Vexillifer & Senatus praedicti oportune in praemissis a Nobis provideri summo opere desiderant; Nos eorumdem Deputatorum, Vexilliferi, & Senatus votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutas fore censentes, similiter Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, praesertim Gregorii praedecessoris literas cum omnibus & singulis in eis contentis harum serie confirmamus & approbamus, ac quatenus opus sit, innovamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus. Praeterea (firma remanente jurisdictione dicto Vexillifero, sicut praemittitur, attributa) eadem Gregorii Praedecessoris literas, & in eis contenta ampliantes, Motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, tenore praesentium statuimus, quod quicquid per ipsos Vexilliferum & Senatum, aut ab eis deputatum, coram, & approbante suprascripto Legato seu Vicelegato circa dictas Societates ac Universitates, sive Collegia Artium earumve Regimen & Gubernium pro tempore decretum ordinatum & reformatum fuerit, statim executioni demandetur, quin executio hujusmodi per quaecumque inhibitionem cujusvis Judicis & Tribunalis, etiam Urbis praefata, quolibet titulo, causa, capite, colore, vel praetextu, etiam dictorum privile-

Quae hujusmodi indulgetur:

Decretum, quod facienda per eundem Vexilliferum reformatione a nemine impediri possit.

giorum, statutorum, usum, consuetudinum, ac liti pendente, subnixam ac concessam, neque etiam per recursum ad Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, immediate habitum, nisi talis recursus fuerit admissus per specialem Commissionem propria manu nostra, seu ejusdem Pontificis signatam, ullatenus impediri aut retardari valeat.

§.3. Decernentes, ipsas praesentes literas, etiam ex eo, quod praedicti, & alii quilibet in praemissis jus seu interesse habentes, vel habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint; seu de subreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis nostrae, sive alio quocumque defectu notari, argui, vel impugnari nullo modo ac tempore posse; sed eandem praesentes literas semper & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere & fore; suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective exacte ac inconculse observari; sicque, & non aliter, in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, eorumque Vicelegatos, & alios quoslibet quacumque praerogativa & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Harum Literarum observantia.

Clausula derogatoria.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, Nostra & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis, Comitatus, Societatum, Collegiorum, ac Universitatum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, styli, usibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, in genere vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§.5. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores praesentium pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ac dero-

derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 11. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CVIII.

Dat. die 15. Sept. 1733. Pont. An. IV.

Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini interdicatur appellatio a Correctione Regulari; injuncto insuper, ut in casu appellationis, id tantummodo facere debeant gradatim ad Ordinis Superiores.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

EX injuncto Nobis Apostolicae servitutis munere ad ea peculiare sollicitudinis nostrae curas libenter intendimus, quae felici Christianifidelium Divini Numinis obsequiis sub suavi Religiosis jugo mancipatorum regimini atque tranquillitati conducibilia fore, in Domino arbitramur.

Petitio quibus iniuriam fundamur.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Antonius Schiaffinati Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod licet per Constitutiones ejusdem Ordinis Part. III. Cap. XVI. num. XXIV. appellatio a Correctione Regulari Superiorum Fratrum praedictis sub diversis poenis prohibeatur: necnon generali decreto, dudum a Congregatione tum existentium Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, negotiis & consultationibus Regularium praeposita, jussu fel. rec. Sixti PP. V. Praedecessoris Nostri edito, caveatur expresse, quod Regulares cujusvis Ordinis in casibus, in quibus appellare de jure licet, id facere debeant gradatim ad sui Ordinis Superiores, a Prioribus, nimirum ad Provinciales, & a Provinciali ad Generalem, antequam Sedem Apostolicam adire possint; nihilominus ipse Nicolaus Antonius non sine animi sui moerore advertit, plures Religiosos suprascripti Ordinis, Constitutionum ac Decreti hujusmodi memores, illave exoleta & antiquata esse credentes, tum a praefata Correctione Regulari Superiorum provocare, tum ubi appellatio permittitur, nusquam observata formae sic praescriptae, ad Superiores mediatos, sive Praelatos majores Ordinis praedicti, ac etiam hanc Sanctam Sedem appellare & recurrere; unde regularis disciplina detrimentum, immediatum Superiorum, eorumque jurisdictionis contemptus, ac non raro impunitas delinquentium, aliaque multiplicia incommoda consequuntur, necnon Almae Urbis Tribunalia non levibus afficiuntur molestiis.

§.2. Quamobrem idem Nicolaus Antonius, qui in ipso Gubernii sui primordio sibi omni ratione adnitendum proposuit, ut debita Subditorum erga Praelatos obedientiam,

exactaque Regularis observantia in dicto Ordine conserventur: & sicubi exciderint, restituatur; opportunum gliscenti malo, & abusu ejusmodi remedium adhiberi, & alias in praemissis salubriter a Nobis provideri summo opere desiderat. Nos ipsius Nicolai Antonii votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, omnibus & singulis dicti Ordinis Fratribus ac personis cujusvis dignitatis, gradus, & conditionis existant, appellacionem a Correctione regulari suorum Superiorum ad formam enarratarum Constitutionum, ac sub poenis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium interdicimus. In casibus vero, in quibus iisdem Fratribus de jure vel iuxta Constitutiones praedictas appellare aut recurrere licet, id non aliter deinceps fieri posse statuimus, quam gradatim, a gravamine, scilicet Prioris ad Provinciale, & a Provinciali ad Generalem; itaut caute appellacionis seu recursus hujusmodi, antequam ab eodem Priore generali cognita & definita fuerint, extra dictum Ordinem deferri & agitari nequeant: Ac propterea omnibus Romanae Curiae Tribunalibus ac Judicibus, & quibusvis etiam Venerabilium Fratrum nostrorum, S.R.E. praefatae Cardinalium Congregationibus, necnon Sedis Apostolicae Nunciis, nunc & pro tempore existentibus, ne Fratrum dicti Ordinis appellacionem seu recursum admittant, causasque praedictas cognoscant, nisi prius eis legitime constiterit, illas per dictos Superiores, memorato ordine servato, cognitas & definitas fuisse, sub poena nullitatis actorum, ac inde sequutorum, & quoad Religiosos appellantes vel recurrentes, qui praemissis contraverint, sub gravibus Nostro & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis poenis, eadem auctoritate harum serie prohibemus.

Decretum de quo in Rubrica.

Clausula.

§.3. Decernentes, ipsas praesentes literas semper firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari, & iis respective plenissime suffragari; sicque & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis praefati, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis

sollicitis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 15. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CIX.

Dat. die 22. Sept. 1733. Pont. An. IV.

Custodia Hiberniæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupat. in novam Provinciam erigitur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Apostolicæ servitutis munus, quo Catholica Ecclesiæ per universum Orbem, diffusæ regimini divina dispositione præsidemus, id præcipue sollicitudinem nostram intendit, ut Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub archioris disciplinæ Instituto mancipatorum, & in Vineâ Domini, ac præsertim in nonnullis olim pietatis, & orthodoxæ Fidei laude florentissimis Regionibus inter persecutionum procellas, atque calamitatum tribulos strenue laborantium, statui, & felici directioni consulere peculiari cura studeamus, sicut pia orthodoxorum Regum, multiplicibus in hanc Sanctam Sedem meritis fulgentium, vota postulant: & Nos, omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, ad omnipotentis Dei gloriam, ac Religionis, piorumque operum incrementum, & felicem progressum expedire in Domino arbitramur.

Regie Christianissimi præces.

§.1. Cum itaque, sicut nomine charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Nobis nuper expositum fuit, Custodia Hiberniæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, Cappuccinorum nuncupatorum, quindecim Conventibus, nempe duobus in Gallia, ac reliquis in Regno ipsius Hiberniæ constet, dictus vero Ludovicus Rex eandem Custodiam in novam dicti Ordinis Provinciam ad instar aliarum dicti Ordinis Provinciarum a Nobis erigi plurimum desideret. Nobis propterea dicti Ludovici Regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut in-

præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur piis ipsius Ludovici Regis votis favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratam Custodiam Hiberniæ in novam Ordinis prædicti Provinciam, quæ ab uno Ministro Provinciali, ac Definitoribus, aliisque Officialibus juxta Constitutiones ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica approbatas, regi & gubernari debeat, ita ut ipsa nova Provincia illiusque Minister Provincialis, Definitores, cæterique Officiales, ac Fratres pro tempore existentes, omnibus & singulis privilegiis, juribus, prærogativis, prærogativis, honoribus, gratiis, & indultis, quibus aliæ dicti Ordinis Provincie tam de jure usu & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent: ac uti, frui, & gaudere possunt & poterunt in futurum; pari modo & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere & licite possint & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus & instituiimus.

D. Custodia in Provinciam erigitur ad instar aliarum Provinc. Privilegiis.

§.2. Præterea, ut Capitula Provincialia Provincie, sic a Nobis erectæ & institutæ, triennalia sint, & Discreti non eligantur, sed ad Electionem Ministri Provincialis, & Definitorum eodem modo, quo Custos & Consultores antehac electi fuerunt, procedatur; necnon duo Custodes pro Capitulo Generali eligantur, auctoritate & tenore prædictis statuimus ac præcipimus & ordinamus.

Capitula Provincie triennalia.

§.3. Porro eidem novæ Provincie idoneis Ministro Provinciali ac Definitoribus, quorum opera Provincia ipsa, adspirante superni favoris auxilio, salubriter dirigatur, hac prima vice providere cupientes, ac de spectata infra scriptorum Religiosorum fide, prudentia, charitate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi: & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, dilectos filios Philippum Okennedis, qui Custos, in Ministrum Provinciale: ac Bonaventuram Donellis in primum: Joannem Baptistam Knighte in secundum: Thomam Tyrrell in tertium: ac Joannem Evangelistam Roman, qui Consultores prædictæ Custodiæ sunt, in quartum, Definitoribus ejusdem novæ Provincie, sic a Nobis erectæ & institutæ, ad triennium proximum, a die publicationis præsentium literarum inchoandum, cum omnibus & singulis præminentis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus & oneribus solitis & consuetis, auctoritate & tenore prædictis constituimus & deputamus: expleto autem triennio, Capitulum Provinciale in uno ex duobus Conventibus in Regno Gallie existent. Ministro Provinciali more solito convocandi facultatem concedimus.

Eliguntur Ministri novæ Provincie.

§.4. Mandantes propterea in virtute Sanctæ

CX.

Declaratio super Jurisdictione Protectorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, quoad Religiosos deputatos pro regimine & cura Monialium Sanctæ Claræ, & Sanctæ Mariæ Magdalene Civitatis Neapolis.

Dat. die 25. Sept. 1733. Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Dum postquam fel. record. Clemens VIII. & Urbanus etiam VIII. alique forsan Romani Pontifices Prædecessores Nostri, per suas in simili forma Brevis, seu etiam sub Plumbo expeditas literas, tunc, & pro tempore existentibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, nuncupatorum apud Sedem Apostolicam Protectoribus diversas facultates quoad Religiosos ex certis Provinciis Reformatis ejusdem Ordinis pro servitio Ecclesiarum Monasteriorum Monialium Sanctæ Claræ, & Sanctæ Mariæ Magdalene Civitatis Neapolitan. ipsarumque Monialium spirituali regimine & cura pro tempore deputatos, sub certis modo & forma tunc expressis, concesserant & attribuerant; diuque Protectores abinde facultatibus hujusmodi liberè usi fuerunt, a recol. mem. Innocentio Papa XII. Prædecessore, etiam Nostro emanavit Constitutio super moderatione jurisdictionis & auctoritatis Protectorum quorumvis Ordinum Regularium anno 1693. edita, ac successive anno 1694. prodierunt literæ in pari forma Brevis, per quas idem Innocentius Prædecessor Ministro seu alteri Superiori Generali Familiæ Reformatæ Cismontanæ dicti Ordinis, pro tempore quoque existenti, facultates quascumque Protectoribus memorati Ordinis, quoad Religiosos præfatos sic concessas & attributas, servata ceteroquin in omnibus & per omnia supradictarum Clementis & Urbani, aliorumque Prædecessorum literarum forma & dispositione, restituit; & quatenus opus esset, de novo impartitus fuit, & aliis, prout in ejusmodi Literis & Constitutione, quarum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius respectivo continetur.

Jurisdic. Prote. Ordinis hujus Ordinis a Clemente & Urbano VIII. asserta, quoad Religiosos dd. Ecclesiis intervertes.

Ab Innocentio XII. Limitata.

Sed postmodum constituta.

Idem daturus causis a Successoribus concessas.

ac Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, alique arbitrii nostri pœnis, omnibus & singulis prædictorum Ordinis & novæ Provincie Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat & spectabit in futurum, ut eandem novam Provinciam, sicut præmittitur, a Nobis erectam & institutam, tamquam veram & legitimam, canonicè erectam Provinciam, ac sicut reliquas dicti Ordinis Provincias in omnibus & per omnia recognoscant, nomen, teneant, & tractent; ac Religiosos supranominatos ad officia eis respectivo demandata, illorumque liberum exercitium juxta earumdem tenorem præsentium recipiant & admittant; illique in omnibus eadem officia concernentibus favent & assistant, pareantque & obediant respectivo.

Solite clausule.

§.5. Ac decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas validas & efficaces existere & fore; suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivo inviolabiliter observari; si que in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliisque quoslibet quacumque præminentia & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Custodiæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, tempore ipsius Innocentij Prædecessoris adhuc vigerent peculiare illæ causæ & rationes, quibus dicti Clemens & Urbanus ac alij Prædecessores adducti fuerant ad enarratas facultates Protectoribus Ordinis hujusmodi, respectu dictorum Religiosorum concedendas, reintegratio ad illas Ministro seu Superiori Generali Ordinis prædicti, sicut præmittitur, facta effectum suum sortiri nequivit; unde idem Innocentius Prædecessor dictorum Monasteriorum ac Religiosorum illic existentium regimen suscepit atque gessit; Sicuti quoque a simili mem. Clemente Papa XI. Prædecessore etiam Nostro petitus fuit. Verum felic. itidem rec. Innocentius Papa XIII. pari-

pariter Prædecessor Noster, per Nos, qui Ordinis prædicti Protectores munere apud hanc Sanctam Sedem tunc fungebamur, de omnibus præmissis, aliisque totius rei, necnon Monasteriorum præfatorum statum concernentibus, certior redditus, ab ejusmodi regimine abstinuit: Nobisque permittit ibidem exercere eam, quam olim dicti Ordinis Protectores exercuerant jurisdictionem & auctoritatem, quemadmodum re ipsa fecimus, ac etiam post nostram assumptionem ad Summi Apostolatus apicem ratione Protectionis hujusmodi, quam retinimus, facere perreximus. Hinc est, quod Nos omnem dubitationis & controversiæ, quæ circa auctoritatem Protectorum dicti Ordinis quoad Religiosos præfatos, temporis progressu postquam viam univæse carnis ingressi fuerimus, facile oriri possent, occasionem amovere: felicique dictorum Monasteriorum directioni, ac paci, & tranquillitati, quantum cum Domino possumus, prospicere cupientes: simulque considerantes, vix sperari posse prædictas Innocentii XII. Prædecessoris literas atque Constitutionem, propter easdem causas & rationes, quæ etiamnum durant, ob quas hæcenus in Monasteriis præfatis observari nequiverunt, nec in posterum quoque executioni demandatum ac observatum iri: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut dilectus filius noster Trojanus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Acquaviva nuncupatus, quem in futurum successorem nostrum in Protectione hujusmodi deputavimus, aliisque deinceps pro tempore existentes Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum apud eandem Sedem Protectores, quoad Religiosos pro Ecclesiarum Monasteriorum præfatorum servitio, ipsarumque Monialium spirituali regimine & cura pro tempore etiam deputatos, omnibus & singulis facultatibus per dictos Clementem VIII. ac Urbanum, aliosque prædecessores, ejusdem Ordinis Protectores concessis & attributis: necnon auctoritate & jurisdictione quibus usi fuerint, Nosque tamquam Protectores hujusmodi usi fuimus & utimur, similiter uti ac potiri & gaudere libere licite, & valide possint & valeant, harum serie declaramus, statuimus, atque indulgemus; sicque & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Et cum in posterum sint duratura.

Facultates Clemente & Urbano PP. concessæ in perpetuum ejusdem confirmantur Protectoribus.

Obstantium detogatio.

missorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 25. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXI.

Indultum, ut Fratres Minores Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupat. in Gallia existentes, possint excipere Confessiones Monialium in Claustra degentium.

Dat. die 26. Sept. 1733. Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. **C**um, sicut dilectus filius Cherubinus de Noves, Frater expresse Professus, Custos, & Socius Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, tam suo, quam dilectorum filiorum Fratrum, & præsertim Ministrorum Provincialium in Regno Galliarum existentium ejusdem Ordinis, nomine, Nobis nuper exponi fecit, Fratres prædicti ad excipiendas Sacramentales Confessiones Monialium, aliarumque personarum ægrotantium, in Claustris degentium, multoties ab Ordinariis locorum inventur, quin eis hac in re morem gerere valeant, eo quod per Regulam ipsius Sancti Francisci Cap. XI. Fratribus universis dicti Ordinis præcipitur, ne ingrediantur Monasteria Monialium, præter illos, quibus a Sede Apostolica specialis ad id concessa est facultas; Nobis propterea idem Cherubinus, quo supra nomine humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur Cherubinum, aliosque Fratres prædictos, specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fratribus dicti Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, in Regno Galliarum commorantibus, ad audiendas Confessiones præfatas idoneis, ac legitime approbatis, ut ipsi quotiescumque a locorum Ordinariis pro excipiendis Sacramentalibus Confessionibus Monialium, aliarumque personarum ægrotantium, intra Claustra degen-

Causa petende concessio-

Quæ benignè indulgetur.

CXII.

Abbati Generali, ac Diffinitoribus Congregationis Olivetanæ, quod deinceps Capitulum Generale ejusdem Congregationis Dominica tertia post Pascha Resurrectionis Dominicæ, sicque tres dies ferius quam hæcenus fieri consuevit, celebrari debeat, facultas conceditur.

Dat. die 30. Sept. 1733. Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, totius ejusdem Congregationis nomine, quod illius Capitulum Generale singulis triennis feria quinta ante Dominicam tertiam post Pascha Resurrectionis Dominicæ celebrari consuevit in principali Monasterio, Montis Oliveti Majoris nuncupato, quod in deserto loco, seu solitudine de Accona Dom. ni Senensis consistit, ac ita omnia in dicta Congregatione ordinata & disposita sunt, ut negotia in ejusmodi Capitulo Generali tractanda, intra quinque dies dumtaxat absolvantur; eoque brevi temporis spatio satis provideatur publicis privatique, singulorum Monasteriorum ipsius Congregationis necessitatibus.

Qua die celebrari soleat Capit. Gen.

Quoties tempore datur.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, prædictus locus de Accona quatuor millium passuum a via publica, & undequaque a frequentia habitatorum remotus sit, convenientibusque in Monasterium prædictum omnibus Abbatibus, ac Vocalibus dictæ Congregationis præter Monachos de familia, in eo degentes Conversos, Vectuarios, & Ministros, non sine gravi incommodo ac dispendio parari possint pisces, ova, & lactigenia diebus, quibus carniis usus prohibetur, utpote quorum esculentorum illic copia non suppetit, vel quæ emenda veniunt cariori pretio, ac etiam prævæ qualitatis, cum detrimento valetudinis Religiosorum illuc ex longinquis partibus adventantium, quibus mora quinque dierum hujusmodi tantum ibidem præstituta est; dictum vero Monasterium inopia laboret, ac multo ære alieno gravetur, atque ex annuis contributionibus reliquorum Monasteriorum ejusdem Congregationis sustentetur; cupiatque propterea Procurator Generalis prædictus, opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra, indulgeri Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantam consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc

Locus, ejuque incommoda potissimum ad victum comparandum.

gentium tantum requisiti fuerint, de Superiorum suorum licentia Claustra ejusmodi ingredi, illarumque Confessiones audire, illaque ab earum peccatis, pœnitentia salutari & aliis, quæ injungenda fuerint, eis respectivo injunctis, absolvere libere & licite possint & valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus & indulgemus.

Claustra.

§.2. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§.4. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Dispositio de
quasi Rubri-
ca

humiliter porrectis inclinati, dilectis filiis Abbati Generali, ac Definitoribus prefatae Congregationis in proxima illius dicta annuali insimul congregandis, quod deinceps Capitulum Generale ejusdem Congregationis ipsa Dominica tertia post Pascha Resurrectionis Dominica, sicque tres dies ferius quam haecenus fieri consuevit, celebrari debeat; Itaut, durantibus tribus diebus hujusmodi, Abbates, Generalis, & Locales, ac Visitatores dictae Congregationis pro tempore extantes in suis respective muneribus, prout antea, continuare libere licite & valide possint & valeant, statuendi & ordinandi facultatem auctoritate Apostolica, tenore praesentium tribuimus & impartimur.

Clausula.

§.3. Decernentes, ipsas praesentes literas firmas validas & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definituri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasterii praefatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§.5. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Præcipitur ne quis notam aut censuram ullam Theologicam Catholicorum Scholis diversa in explicanda Divinae Gratiae efficacia sentientibus inurere, aut earum sententias contumeliis inceslere audeat.

Dat. die 2.
Octob. 1733.
Pont. An.IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolica providentia officio a Praedecessoribus Nostri fel. record. Clemente XI. & Benedicto XIII. sapienter impenso ad dissipandas novatorum calumnias & artes, per quas inducta proscriptis erroribus Catholicorum dogmatum larva, & Sanctorum Doctorum illustria nomina obtendentes, simplicium animos a debita Constitutioni, quae incipit *Unigenitus*, obedientia deterrere moliebantur, Nos paterna quoque sollicitudine inherentes, magnopere dolemus, tenebras a dissensionis filis offusas nondum ex quorundam mentibus satis esse discussas; sed plerosque etiam nunc intolerabili pertinacia contendere, censuris laudata Constitutionis doctrinam Sanctorum Augustini, & Thomae de Divinae Gratiae efficacia esse perstrictam.

Exordium.

§.1. Ut igitur nullas charitatis partes ad revocandos errantes Nobis reliquias faciamus, universis, & singulis Christianis quacumque dignitate, etiam Episcopali, & majori fulgentibus in virtute sanctae obedientiae districte praecipimus, & sub Canonicis poenis mandamus, ne disputantes, aut docentes sive in Scholis, sive in Concionibus, sive scriptis editis, sive aliter propositiones defendant, aut enuncient, quae antedictas novatorum calumnias firmare, ac promovere possint, Mentem tamen eorumdem Praedecessorum Nostrorum compertam habentes, nolumus aut per Nostros, aut per ipsorum laudes Thomisticae Scholae delatas, quas iterato Nostro iudicio comprobamus & confirmamus, quidquam esse detractum ceteris Catholicis Scholis diversa ab eadem in explicanda Divinae Gratiae efficacia sentientibus, quarum etiam erga hanc Sanctam Sedem praecleara sunt merita, quominus sententias ea de re tueri pergant, quas haecenus palam & libere vbique, etiam in hujus Almae Urbis luce, docuerunt & propugnarunt.

Per laudes
Doctrinae S.
Thomae datas
cetera non
reprobantur
Sententiam.

§.2. Quamobrem fel. record. Pauli V., & aliorum Praedecessorum Nostrorum ad restringendum dissensionum fomitem vestigia prosequentes, & saluberrima mandata renovantes, auctoritate quoque Nostra omnibus & singulis superius expressis interdiximus & prohibemus sub iisdem poenis, ne vel scribendo, vel docendo, vel disputando, vel alia qualibet occasione notam aut censuram ullam Theologicam iisdem Scholis diversam sentientibus inurere, aut earum sententias conviciis, & contumeliis inceslere audeant, do-

Prohibitio, de
qua supra.

donec de iisdem controversiis haec Sancta Sedes aliquid definiendum, ac pronuncian- dum censuerit. Pacem siquidem, quam cum veritate diligendam Dominus praecipit, inter Catholicae Ecclesiae Filios fovere, & communire debemus, & curamus; ut conjunctis diversarum licet Scholarum studiis firmiter sit adversus erroris insidias praesidium.

§.3. Propterea locorum Ordinariis, Inquisitoribus, ceterisque Judicibus Ecclesiasticis injungimus, ut altercationes, & contentiones, quae disputationis aestu animos abripiente, in Christiani populi scandala erumpere possint, per Canonica remedia compescant; iisdem facultatem ad id necessariam, & opportunam impertientes; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Octobris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

C. Archiepiscopus Emisenus.

Generali Congregationis Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti facultas conceditur definandi pro libito Abbatem in Monasterio Sanctae Mariae Novae, absque regimine, cum voce tamen activa & passiva.

Dat. die 6.
Octob. 1733.
Pont. An.IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Nobis expositum fuit, quod, cum per alias nostras in simili forma Brevis novissime expeditas literas Abbatiam, & Regimen Monasterii Sanctae Mariae Novae nuncupat. de Urbe Procuratori generali ejusdem Congregationis Montis Virginis, itaut deinceps Procurator Generalis pro tempore existens dictae Congregationis insimul Abbas Monasterii praedicti esset, ac esse deberet, perpetuo univertimus & annexerimus, ac unita & annexa fore declaraverimus; sicque numerus Abbatum praedictae Congregationis imposterum diminuendus foret, dilecti vero filii moderni Abbas ac Definitorum Generales ipsius Congregationis minime expedire existiment, vni potius quam alteri e sex Provinciis, quibus eadem Congregatio constat, unum Abbatem adimere; idem Procurator Generalis pro quiete & tranquillitate dictae Congregationis illius Abbati Generali pro tempore existenti, ad quem juxta Constitutiones ipsius Congregationis distributio regiminis Monasteriorum spectat, facultatem

Vid. superius.
Petitio.

tem concedi, plurimum desiderat, relinquendi semper unum Abbatem pro arbitrio suo absque gubernio cum voce tamen activa & passiva in Capitulis Generalibus, ceterisque aliorum Abbatum praerogativis & praerogativis; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur praedictum Procuratorem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Abbati Generali dictae Congregationis pro tempore existenti, ut ipse semper unum Abbatem sine regimine Monasterii ejusdem Congregationis, qui tamen voce activa & passiva in Capitulo Generali, ceterisque praerogativis ac praerogativis ad instar aliorum Abbatum Regiminis frui ac potiri debeat, arbitrio suo relinquere ac destinare libere, & licite possit & valeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus & indulgemus.

Concessio.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis & Ordinis praedictorum, aliiive quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Obstantium
derogatio.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Octobris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXV.

Dat. die 14. Oct. 1731. Pont. An.IV.

Fratribus Congregationis Hispaniarum Ordinis Sancti Joannis Dei, & Congregationis Italiae dicti Ordinis, prohibetur, ne alterutri ex dd. Congregationibus aggregentur sine consensu eorum respective Generalis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa hujusce edendi Decret.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Laurentius Navarro Frater expresse Professus, ac Procurator Generalis Congregationis Hispaniarum Ordinis Sancti Joannis Dei, Nobis nuper exposi fecit, Superiores Generales ejusdem Congregationis occasione prateritarum litium & controversiarum, quae dictam Congregationem diu multumque exagitarunt, animadvertunt, quod nonnulli illius Fratres accessum ad Sedem Apostolicam, ut se defendant adversus asserta gravamina, a praedictis Superioribus Generalibus eis illata, praetextentes, ab ipsorum Superiorum Generalium obedientia & jurisdictione sese subtrahere, atque e praefata Congregatione Hispaniarum ad Congregationem Italiae Ordinis praedicti, mediante etiam beneplacito Apostolico, absque eorumdem Superiorum Regularium consensu transire procurant, in grave dictae Congregationis Hispaniarum praedicti, ac Regularis disciplinae detrimentum, cupiatque propterea ipse Laurentius, opportune in praemissis a Nobis provideri, & ut infra, indulgeri; Nos praedictum Laurentium specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, & attenta relatione dicti filii Nostri Joannis Antonii Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Guadagni nuncupati, in Alma Urbe Vicarii Nostri in spiritualibus Generalis, ac Ordinis praefati apud dictam Sedem Protectoris, Nobis super praemissis facta, Generalibus, aliisque quibuslibet Superioribus tam Congregationis Italiae, quam Congregationis Hispaniarum Ordinis hujusmodi, nunc & pro tempore existentibus, ne deinceps Fratres alterutrius ex dictis Congregationibus, absque expressis consensu & licentia eorum respective Prioris

Declaratio, quod Fratres unius Congregationis alteri aggregari nequeant.

Generalis, suae Congregationi adscribere & aggregare ullatenus audeant seu praesumant, hanc serie auctoritate Apostolica prohibemus.

§.2. Praeterea salubri dispositioni fel. rec. Urbani PP. VIII. Praedecessoris Nostri, per suas in simili forma Brevis die 20. Septembris 1634. editae, inherentes, statuimus, ut Fratres dictae Congregationis Hispaniarum, in Italia degentes, stent & maneat sub jurisdictione & correctione Prioris Generalis Congregationis Italiae; ac vicissim, si qui Fratres Congregationis Italiae fuerint in Provinciis a Congregatione Hispaniarum dependentibus, subiaceant jurisdictioni & correctioni Superiorum Congregationis Hispaniarum: exceptis tamen Procuratore Generali, ac aliis Fratribus dictae Congregationis Hispaniarum in eadem Urbe commorantibus, quos quidem Fratres Correctionis Procuratoris Generalis, ipsum vero Procuratorem Generalem jurisdictioni Protectoris Ordinis nunc & pro tempore existentis, auctoritate praefata tenore praesentium immediate subjicimus.

Fratres vero Congr. Hispaniarum in Italia degentes stent sub correctione Prioris Congreg. Italiae, & V. V.

§.3. Volentes insuper, quod, si & quando in aliqua Provincia Congregationis Italiae reperietur Frater Congregationis Hispaniarum, Superiores locales id quamprimum renuntiare debeant Priori vel Procuratori Generali ejusdem Congregationis Hispaniarum, ut in eum, si alicujus delicti reus fuerit, debite animadverti possit.

Roboratio praesentium Literarum.

§.4. Decernentes, easdem praesentes litteras semper firmas validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.5. Non obstantibus quoad ea, quae praesentibus adversantur, supradictis Urbani Praedecessoris literis, ac quatenus opus sit, re. mem. Innocentii PP. XII. etiam Praedecessoris Nostri, super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon praefatorum Ordinis, Congregationum, & Provinciarum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§.6. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad

CXVI.

Dat. die 10. Nov. 1731. Pont. An.IV.

ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Octobris 1731. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Designantur Urbes nonnullae Italiae tamquam insigniores, in quibus ii ex Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, qui per decennalem Praedicationis cursum Magisterium in Ordine adipisci quaerunt, Quadragesimales Conciones, vel decennales habere debeant.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Petitione quibus innotuit ratio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Antonius Schiaffinati, Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod in Capitulo Generali ejusdem Ordinis anno 1685. in Alma Urbe celebrato, statutum fuit, ut ii dumtaxat Fratres Ordinis praedicti intra Italiam ad Magisterii lauream promoverentur, qui vel per quinquennium munus Regentis Studiorum obivissent: vel per decennium Dei verbum in insignioribus seu principalioribus ipsius Italiae Urbibus cum plausu justaque fama praedicaissent. At cum saepius animadvertum sit, postrema ejusmodi statuti verba incertum & nimis late patentem sensum continere ut recipere, indeque non raro contingere posse, quod nonnullae Italiae Urbes ab aliquo Priore Generali dicti Ordinis (cujus est, dubia illius statuta interpretari) non habeantur inter insigniores, quae ab aliis Prioribus Generalibus, pro varia cujusque animi affectione, tales antehac reputatae fuerint, aut imposterum reputentur; sicque concio Quadragesimalis, vel Annalis, per Religiosos ejusdem Ordinis habita, inter legitima requisita, ad Magisterium assequendum sit quandoque adnumerata vel adnumeranda, & vicissim, quandoque respuenda; hinc ipse Nicolaus Antonius Prior Generalis ad istam ambiguitatem tollendam, certamque in praemissis normam deinceps firmandam atque stabilendam, cum sua Congregatione, ac etiam consensu novissimi Capituli Generalis dicti Ordinis, opportunum censuit, per Decretum ab eo desuper editum determinare, ac nominatim exprimere Urbes Italiae, quae insigniores reputari deberent quoad Concionem Quadragesimalem & Annalem, pro adipiscendo Magisterio in Ordine praefato requisitam, in hunc modum, videlicet:

Designatio per Priorum Generalem, facta.

Ancona, Andria, Bari, Bologna, Firenze, Genova, Livorno, Messina, Napoli, Padova, Palermo, Pavia, Perugia, Pistoja, Rimino, Roma, Siena, Treviso, Udine, Venetia, Verona, Vicenza; e purche le dette Predicazioni siano principiate almeno dalla Festa di tutti i Santi, e proseguite in tutti li giorni Festivi sino alla terza Festa del Santo Natale; Dichiarando in oltre, ed espressamente determinando, che sotto questa medesima legge siano, e s'intendano compresi anche quei Predicatori Generali già approvati, e che non hanno conseguito finora il grado del Magistero. Saranno ancora approvate per requisiti, come sopra, le Predicazioni Quaresimali, che avranno fatte per una sola volta rispettivamente nelle infrastrate Chiese Cathedrali, cioè: Ancona, Aquila, Aversa, Bari, Bergamo, Bologna, Brescia, Capua, Catanzaro, Cesena, Chieti, Cosenza, Faenza, Fermo, Ferrara, Firenze, Foggia, Foligno, Genova, Imola, Lecce, Livorno, Mantova, Matera, Messina, Milano, Modena, Napoli, Padova, Palermo, Parma, Pavia, Peggugia, Pesarò, Piacenza, Pisa, Pistoja, Prato, Rimino, Roma in una delle Basiliche, Salerno, Siena, Sorrento, Taranto, Terni, Torino, Treviso, Udine, Venezia, Verona, Vicenza, e Viterbo; Siccome ancora si approveranno in tal forma i Quaresimali, che sogliano da noi darsi per le Chiese dell'Ordine, esistenti nelle suddette, ed in altra Città, riferendo al nostro arbitrio di approvare, in qualità pure di requisiti, l'Annuale di Genazzano, per la venerazione, che portiamo a quel Santuario.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praedictus Nicolaus Antonius Prior Generalis, praemissa, quod firmius subsistant, ac exactius serventur, Apostolica confirmationis Nostrae patrocinio communiti, ac aliis in praemissis opportune a Nobis providere summo opere desideret; Nos, ipsum Nicolaum Antonium Priorem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium super designatione Urbium Italiae, quae pro Concione Quadragesimali & Annali, requisita ad Magisterium in Ordine praefato assequendum, insigniores habenda & reputanda veniunt, sicuti praemittitur, editum, auctoritate Nostra Apostolica tenore praesentium approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatur.

§.3. Volumus praeterea, ac eadem auctoritate declaramus, Decretum praesentium etiam locum habere quoad Fratres dicti Ordinis, qui decennium Concionum hujusmodi cum approbatione ejusdem Ordinis Priorum Generalium, ipsius Nicolai Antonii antecessorum, jam explevisse existimant, nondum tamen ad Magisterii lauream promoti fuerunt, illosque comprehendere; itaut conciones, ab

Hic vero declaratio in praedictum illorum ex parte non debet, qui jam decennale nunc cursum alibi explevero.

cis